

cura. Non tamen Papicolæ hinc concludere possent, quasi peculiaris aliqua virtus vestimentis Apostolorum vel ipsius Christi, quæ in quibusdam locis ostenduntur, inesset. Christus enim à Patre missus, ut miracula ederet, illâ veste tum erat indutus, illâ autem quam hodie pro Christi veste jactitant; nunquam usus.

Quod autem de Paulo legitur: Sudaria Acto: 19.
à corpore ipsius imposita fuisse ægrotis, illosq; ita sanitate fuisse donatos, à malisq; Spiritibus liberatos, divinâ quadam virtute factum esse, ut textus loquitur, ubi dicit: Virtutes nō quolibet faciebat Deus (per manus Pauli) sciamus.

DE III. LOCO.

Christus expellit tibicines domo, affirmat puellulam tantum dormire, non quod mortuam esse negaret, sed quod perfacile sibi esse, illam invitâ revocare, affirmaret. *Ejectâ turbâ ingreditur, &c.*

VSVS 1. Nihil Christo cōmune cum 2. Cor: 6
impijs & infidelibus. Item, Mors nostra respectu Christi est somnus.

2. Humana ratio Articulum de resurrectione carnis irridet. Christus autem insigne specimen resurrectionis nostræ in novissimo die futuræ, edendo hoc miraculum nobis exhibuit.

V 5